

ped. I  $21\frac{1}{2}$ , II  $20\frac{1}{2}$ , III circa 20, IV 27 millim. longi; pat. + tib. IV  $8\frac{7}{8}$  millim. Mandib.  $4\frac{1}{4}$  millim. longæ,  $1\frac{3}{4}$  millim. latæ. Mam. sup. 3 millim. longæ.

♀.—Ilg. corp. 22; lg. cephaloth. 9, lat. ej.  $6\frac{1}{3}$ ; lg. abd. 13, lat. ej. circa  $8\frac{1}{2}$  millim. Palpi circa  $11\frac{1}{2}$ ; ped. I  $19\frac{3}{4}$ , II  $18\frac{1}{2}$ , III 17, IV  $23\frac{3}{4}$  millim. longi; pat. + tib. IV  $7\frac{3}{4}$  millim. Mandib. 6 millim. longæ,  $2\frac{1}{8}$  millim. latæ. Mam. sup. 4 millim. longæ.

Marem adultum et feminam, quæ ea quoque adulta videtur, cum multis exemplis junioribus in Double island, ad Moulmein, collegit Cel. Oates; etiam ad Rangoon feminam invenit. Alia exempla nonnulla in Tenasserim cepit, inter ea feminam singulam adultam, cujus cephalothorax  $11\frac{1}{2}$  millim. longus est.—Juniores adultis sepe clariore sunt, pedibus fusco-testaceis vel testaceis interdum apice nigris.

### Subfam. THERAPHOSINÆ.

#### PHLOGIUS, Sim., 1878.

##### \*\*\*3. *Phlogius cervinus*, sp. n.

*Obscure ferrugineo-fuscus, pube et pilis longis cinerascens-ferrugineis vestitus, sterno coarctato subter nigricantibus; cephalothorace tibiam cum  $\frac{1}{3}$  patella  $\frac{4}{5}$  paris longitudine æquante; circa oculos paullo plus duplo latiore quam longiore, serie oculorum antica a fronte visa sal fortiter dorsum curvata, desuper visa plane recta, oculis lateralibus anticis mediis anticis magnitudine superantibus, lateralibus posticis mediis posticis (qui spatiis multo majoribus a mediis anticis quam a lateralibus posticis remoti sunt) paullo majoribus quoque; metatarsis posterioribus apice 3(-5) paullo majoribus quoque; metatarsi  $\frac{2}{3}$  metatarsi  $\frac{4}{5}$  paris longitudine circiter æquantibus; palpis cephalothorace duplo longioribus, bulbo genitali subpiriformi in medio fortiter incurvo, parte ita intus directâ subcompressa a basi lata sensim angustata, ipso apice rotundato.—♂ ad. Long. circa 31 millim.*

*Cephalothorace tibiam cum patella  $\frac{4}{5}$  paris parum longiore, sterno eo paullo pallidior, pedibus anterioribus intus et subter ad maximam partem nigris; oculis lateralibus posticis mediis posticis (qui spatiis modo paullo majoribus a mediis anticis quam a lateralibus posticis separati sunt) magnitudine parum superantibus; mamillis superioribus metatarso  $\frac{4}{5}$  paris paullo brevioribus; palpis cephalothorace non duplo longioribus, pedibus I<sup>1</sup> paris pedes  $\frac{4}{5}$  paris saltem interdum longitudine æquantibus; præterea ut in ♂ diximus.—♀ ad. Long. circa 37 millim. (Nonne hujus speciei?)*

*Mas*, cujus diagnosin supra dedi, pæne omnibus numeris cum descriptione *Ph. flavo-pilosi* (Sim.)\* convenit: quæ de forma cephalothoracis, sterni, partium oris, palporum et pedum saltem sex posteriorum (pedibus I<sup>1</sup> paris caret exemplum nostrum *Ph. cervini*, ♂!) et mamillarum *Ph. flavo-pilosi* dicit Cel. Simon, optime in

\* Ann. Mus. Genova, xx. (1884) p. 358 (*Phictus flavo-pilosus*).

marem nostrum cadunt; qui tamen saltem differt palpis et pedibus longioribus, et colore: non "*flavo-pilosus* et *hirsutus*" est, sed pube et pilis *cinereo-ferrugineis* vestitus; conf. præterea *mensuras* a Cel. Simon loc. cit. datas.—Fovea ordinaria centralis, pæne duplo longius a margine cephalothoracis antico quam a postico margine remota, profunda est, modo leviter procurva, non parum angustior (transversim) quam area oculorum. *Oculi* parum a descriptione *Ph. flavo-pilosi* discrepant: area oculorum paullo plus duplo latior quam longior mihi videtur; series oculorum antica desuper visa plane recta est (linea margines eorum anticos tangens plane recta quoque), series postica hoc modo visa modice recurva; a fronte visa series antica sat fortiter deorsum est curvata: linea recta oculos medios anticos infra tangens laterales fere in medio secat. *Oculi* laterales antiei oblongi et obliqui sunt, elliptici, et antice et postice rotundati; diameter eorum longior non parum major est quam diameter mediorum anticorum, diameter eorum brevior contra diametro horum oculorum paullo minor vel saltem non major: laterales igitur mediis paullo majores, non minores, dicendi. Spatium inter oculos medios anticos eorum diametro paullo minus est sed evidenter majus quam spatia, quibus a lateralibus anticis distant hi oculi; quæ spatia parum vel vix majora sunt quam intervalla subæqualia inter binos laterales, et inter medios anticos et posticos, quæ oculi medii postici diametrum fere æquant. Spatium inter oculum lateralem posticum et medium posticum parvum est, his intervallis *multo* minus (in *Ph. flavo-piloso*, secundum descriptionem Cel. Simonis, *iis viæ* minus). *Oculi* medii postici mediis anticis circa duplo minores sunt, non parum longiores quam latiores, extra levius, intus fortius rotundati, apice postico subacuminato; laterales postici mediis posticis non parum majores (non tantum longiores verum etiam latiores) sunt, lateralibus anticis pæne duplo minores.

*Mandibulæ* patellæ 2<sup>æ</sup> paris paullo longiores. *Maxillæ* ad angulum anteriorem apicis postici aream sat parvam granulæ minutis densissimis obsitam ostendunt: etiam inter medium et hanc aream, intus, denticulis minutis conspersæ sunt. *Labium* saltem dimidio latius quam longius, a basi anteriora versus paullo dilatatum, antice latissime truncatum et leviter emarginatum, angulis rotundatis: apex ejus fascia transversa lata granulorum minorum densissimorum occupatur. *Palpi* cephalothorace duplo longiores: pars eorum patellaris paullo plus duplo longior quam latior apice est, pars tibialis, paullulo foras curvata, ea saltem dimidio longior et paullo crassior; pars tarsalis parum longior quam latior est, basi angusta, apice late et paullo oblique rotundato-truncata, subter rotundata, paullo transversa, sulco profundo longitudinali persecta et scopula densa vestita. *Bulbus* sat parvus, fere in medio longitudinis fortiter incurvus, parte basali a latere visa breviter subpiriformi, parte apicali intus directa compressa, a basi lata sensim angustata, supra et subter carina tenui marginata, ipso apice obtuso, rotundato. *Pedes* 4<sup>æ</sup> paris cephalothorace plus 4plo longiores: aculei 3 in apice (et aculeus 4<sup>us</sup> in latere interiore apicis) metatarsorum posteriorum

breves et minus faciles visu sunt. Fascia setarum secundum medium scopularum pedum 4<sup>i</sup> paris satis obsoleta. Unguiculi omnes laeves. *Mamillae* superiores pæne  $\frac{2}{3}$  metatarsi 4<sup>i</sup> paris longitudine æquant; art. earum 2<sup>a</sup> fere duplo longior quam latior est, reliquis duobus articulis paullo brevior.

*Color*.—Pæne totum corpus in fundo plus minus obscure ferrugineo-fuscum vel piceum est, pube densa cinereo-ferruginea et pilis longis ejusdem coloris (non flavis) vestitum, sterno et coxis subter cum femoribus palporumque parte femorali versus basin subter magis nigris; scopulae olivaceo- vel virenti-nigræ sunt.

*Femina*, quam hujus speciei credo, sed quæ forsitan femina *Ph. flavo-pilosi* est, cum descriptione brevi hujus loc. cit. a Cel. Simon data convenit, excepto quod palpos et pedes paullo longiores habet et pedes 4<sup>i</sup> paris pedibus 1<sup>i</sup> paris vix vel parum longiores: color quoque alius videtur. Etiam *Ph. soricino* (Thor.)\* simillima est, ita ut descriptio hujus a nobis data plane in eam quadret, his paucis exceptis. *Cephalothorax* paullo latior est (conf. mensuras); fovea centralis sat profunda et modice procurva latitudinem aræ oculorum latitudine (transversim) æquat. *Oculi* pæne ut in *Ph. soricino* diximus sunt; desuper visa series eorum antica plane recta est, a fronte visa sat fortiter deorsum curvata: linea recta medios anticos infra tangens laterales anticos parum supra centrum secat. Oculi antici magni, laterales eorum elliptici et valde obliqui, apicibus rotundatis, diametro sua brevior (et diametro mediorum rotundorum) circa dimidio longiores; oculi postici oblongi sunt, medii pæne paralleli, diametro oculi medii antici paullo breviores, laterales oblique positi, mediis non majores. Spatium inter oculos medios anticos dimidiam eorum diametrum æquare mihi videtur; a lateralibus anticis intervallis non parum minoribus separati sunt. Spatium inter oculos binos laterales his intervallis paullo est majus, diametrum breviorum oculi lateralis postici saltem æquans; spatia inter medios anticos et posticos eo non parum minora sunt, non multo majora quam spatia parva quæ medios posticos a lateralibus posticis sejungunt. Impressiones *sterni* parum distinctæ. *Maxilla* et *labium* ut supra in mare diximus. *Palpi* extensi non usque ad apicem tibiæ 1<sup>i</sup> paris pertinent. *Pedes* 4<sup>i</sup> paris vix longiores quam 1<sup>i</sup> paris sunt (num ita semper?). Tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris brevior est quam tibia cum patella 2<sup>i</sup> paris. Unguiculi tarsorum omnium laeves. *Abdomen* inverse oratum.—Vid. præterea descriptionem nostram *Ph. soricini*.

*Color*.—*Cephalothorax* in fundo fuscus, pube subolivacea vestitus. *Sternum* subfuscum. *Mandibula* pube densa, supra ferrugineo-ochracea, in lateribus magis cinerascenti, vestita. *Maxilla* ferrugineo-fusca, extra dense cinereo-ferrugineo-pubescentes, intus rufociliatæ. *Labium* rufo-ferrugineum. *Palpi*, ut pedes pube densissima sericea vestiti, ita cinereo-ferruginei sunt, intus et magis subter nigri; pedes quoque cinereo-ferruginei, anteriorum coxis subter, intus, nigris, femoribus, patellis et tibiis horum pedum intus et ad

\* Ann. Mus. Genova. xxv. (2 ser., v.) (1887) p. 15 (*Phictus soricinus*).

maximam partem subter nigris quoque. Patellæ et tibiæ lineas binas longitudinales clariores plus minus distinctas supra ostendunt. Scopulæ olivaceo-nigricantes. *Abdomen*, in fundo cinereo-testaceum (?), pube densa olivaceo-vel fusco-ferruginea vestitum est et pilis longioribus pallidioribus intermixtis nigris sat dense sparsum. *Mamillæ* subfuscae, summo apice albicantes.

♂.—I.g. corp. (sine mandib. et mam.) 31; lg. cephaloth. 15 (fere=tibia +  $\frac{1}{3}$  patellæ IV), lat. ej. 13, lat. front. circa  $7\frac{1}{2}$ ; lg. abd. 16, lat. ej. 10 millim. Palpi  $31\frac{1}{2}$ ; ped. I?, II  $56\frac{1}{2}$ , III 49, IV 64 millim. longi; pat.+tib. IV  $19\frac{1}{2}$  millim. Mandib.  $7\frac{1}{3}$  millim. longæ,  $3\frac{1}{3}$  millim. latæ. Mam. sup.  $9\frac{1}{2}$  millim. longæ.

♀.—I.g. corp. 37; lg. cephaloth.  $15\frac{3}{4}$ , lat. ej.  $13\frac{1}{2}$ , lat. front.  $8\frac{3}{8}$ ; lg. abd.  $20\frac{1}{2}$ , lat. ej. 12 millim. Palpi 29; ped. I  $47\frac{1}{2}$ , II 42, III 37, IV  $47\frac{1}{2}$  millim. longi; pat.+tib. IV  $15\frac{1}{4}$ , metat. IV paullo plus 10 millim. Mandib.  $7\frac{1}{2}$  millim. longæ,  $3\frac{3}{4}$  millim. latæ. Mam. sup. pæne 9 millim. longæ.

Marem, quem singulum et paullo mutilatum (pedibus I<sup>1</sup> paris carentem) vidi, in Tenasserim meridionali captus est; femina supra descripta, quæ certe est adulta, ad Thayetmyo Birmanïe inventa fuit. Cum ea aliæ feminæ nonnullæ nondum adultæ (pleræque modo 10–20 millim. longæ) ad Thayetmyo captæ sunt aliæque in Tenasserim, quæ hujus speciei videntur, quamquam pedes 4<sup>1</sup> paris longiores quam pedes 1<sup>1</sup> paris habent et colore plus minus obscure fusco pæne totæ sunt. In exemplis nonnullis junioribus ejusmodi unguiculi tarsorum saltem 4<sup>1</sup> paris denticulum vel denticulos paucos parvos in vel ante medium subter ostendunt.—Juniores generis *Phlogii* vix certo determinari possunt: etiam feminæ adultæ interdum ægerime distinguuntur; et fieri potest, ut non tantum *Ph. flavo-pilosus* et *Ph. cervinus*, verum etiam *Ph. fuliginus* (species insequens), *Ph. soricinus* et *Ph. parvic* (Sim.)\*, quorum mares adhuc ignoti sunt, omnes ut varietates unius ejusdemque speciei sint considerandi.

#### \*\*4. *Phlogius fuliginus*, sp. n.

*Pars totus nigro-fuscus, cephalothorace pube obscure olivacea tecto, abdomine et pedibus pube olivaceo-ferruginea vestitis et pilis longis pallidioribus dense sparsis; scicæ oculorum antica desuper visa levissime procurva, a fronte visa fortiter dorsum curvata, oculis lateralibus anticis mediis anticis non magnitudine superantibus, mediis anticis spatio paullo majore (dimidium oculi diametrum circiter æquante) inter se quam a lateralibus anticis remotis, oculis mediis posticis lateralibus posticis non parva minoribus, spatio inter oculos binos laterales reliquis spatiis interocularibus majore; palpis cephalothorace duplo longioribus; pedibus 4<sup>1</sup> paris pedes 1<sup>1</sup> paris longitudine superantibus, tibia cum patella 4<sup>1</sup> paris tibiam cum patella 1<sup>1</sup> paris longitudine æquante, metatarsis posterioribus apice subter 3 (et apice intus 0–2) aculeis armatis; unguiculi tarsorum etiam posteriorum levissimis.—♀ ad. Long. circa 35 millim.*

*Femina*.—*Ph. soricino* (Thor.)† etiam hæc aranea valde affinis

\* Actes Soc. Linn. Bordeaux, xl. (1886) p. 26 (*Phictus parvic*).

† Ann. Mus. Genova, xxv. p. 15 (1887).

est: oculorum magnitudine et dispositione paullo aliis præsertim differre videtur.—*Cephalothorax* fere  $\frac{3}{4}$  longior quam latior est, æque longus ac tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris, lateribus leviter rotundatis anteriora et posteriora versus æqualiter angustatus, fronte truncata circa  $\frac{3}{4}$  partis thoracicæ latitudine æquante. Sat humilis est, dorso a latere viso pone foveam centralem recto et anteriora versus sensim paullo assurgente, ante hanc foveam altiori et paullo fortius assurgente, sat leviter convexo, denique, versus tuber oculorum, paullo proclivi. Impressiones cephalicæ sat leves sunt, leviter foras curvatæ, alii sulci radiantes tres utrinque evidentes quoque; fovea centralis, quæ formam habet sulci transversii profundi sat fortiter procurvi, paullo plus duplo longius a margine antico quam a margine postico cephalothoracis distat: latitudo ejus (transversim) paullo minor est quam latitudo aræ oculorum. Pube densa appressa sat crassa vestitus est cephalothorax (ut pene totum corpus), in marginibus lateralibus longius pilosus, et setis præsertim ante tuber oculorum longis et ad partem erectis sparsus. Tuber *oculorum* modice altum, circa duplo latius quam longius; aræ oculorum rectangula paullo plus duplo latior quam longior est. Desuper visa series oculorum antica levissime *procurva* est, postica sat fortiter recurva; a fronte visa series antica sat fortiter deorsum est curvata: linea recta oculos medios anticos infra tangens laterales non parum supra centrum secat. Oculi antici non magni dicendi; laterales eorum oblongi et valde obliqui sunt et mediis paullo minores: diameter eorum longior diametro mediorum (rotundorum) evidenter paullo minor est. Oculi postici oblongi, laterales eorum obliqui, medii contra pene paralleli: hi parvi sunt, lateralibus posticis (qui lateralibus anticis modo paullo sunt minores) multo minores. Spatium inter oculos binos laterales reliquis spatiis inter oculos majus est, diametrum majorem oculi lateralis postici fere æquans; spatium inter oculos medios anticos hoc spatio paullo minus est (dimidiam oculi diametrum circiter æquans) et modo paullo majus quam intervalla, quibus hi oculi a lateralibus anticis sunt remoti. Spatia inter oculos medios anticos et posticos hæc intervalla circiter æquant et multo majora sunt quam spatia parva, quibus medii postici a lateralibus posticis sunt sejuncti. Spatium, quo inter se distant oculi medii postici, saltem æque magnum est ac longitudo seriei ab oculis duobus mediis anticis formata. Spatium, quo oculi laterales antici a margine clypei distant, eorum diametrum majorem æquare videtur. *Sternum* æque longum ac latum, latitudine maxima fere in medio, antice satis angustum et hic truncato-emarginatum, in lateribus antice fortiter, præterea leviter rotundatum, postice late truncatum, bis sinuatum et, in medio, brevissime acuminatum.

*Manibulae* sat fortes, ad longitudinem fortiter convexæ, duplo longiores quam latiores, patellis 1<sup>i</sup> paris paullo longiores. *Maxillæ* pene duplo longiores quam latiores, angulo inferiore apicis modo paullo producto, ad angulum anteriorem-posteriorem in spatio parvo sat dense et subtilissime subgranulosæ: *labium*, sulco procurvo profundo a sterno separatum, subrectangulum est, pene dimidio

latius quam longius, antice truncatum et levissime emarginatum, secundum apicem fascia lata granulorum parvorum densissimorum munitum. *Palpi* extensi non usque ad apicem tibiæ 1<sup>i</sup> paris pertinent; pars patellaris duabus insequentibus æqualibus paullo brevior est, pars tibialis duplo longior quam latior, cylindrata, pars tarsalis scopula densa et lata subter prædita. *Pedes* robusti, 4<sup>i</sup> paris cephalothorace 3plo longiores et pedes 1<sup>i</sup> paris longitudine superantes; tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris tibiam cum patella 1<sup>i</sup> paris longitudine æquat. Metatarsi posteriores apice 3-5 aculeos ostendunt: 3 subter et præterea saltem plerumque 1 vel 2 intus; præterea aculeis carent pedes. Tarsi et metatarsi anteriores scopula densa et sat lata muniti sunt, tarsi posteriores et apex metatarsorum posteriorum scopula multo angustiore. *Abdomen* inverse ovatum, pube densa tectum et pilis longis sparsum. *Mamillæ* superiores metatarso 4<sup>i</sup> paris paullo breviores sunt, articulis cylindricis; art. 2<sup>s</sup> non parum brevior est quam 1<sup>s</sup> et 3<sup>s</sup>, qui fere æque longi sunt, 3<sup>s</sup> paullo angustior, apice obtusus.

*Color*.—*Cephalothorax* in fundo nigro-fuscus, pube olivacea tectus et setis nonnullis clarioribus sparsus. *Sternum* pube clarius, pube olivaceo-ferruginea vestitum. *Mandibulæ* nigrae, dense olivaceo-ferrugineo-pubescentes et setis fuliginis conspersæ. *Maxillæ* nigricantes vel rufescenti-fuscae, intus rufo-ciliatæ. *Palpi* et *pedes* fuligineo-nigri, dense subferrugineo-pubescentes, subferrugineo- et fuligineo-nigroque-pilosi, scopulis olivaceo-fuliginis. *Abdomen* in fundo cinerascens-vel nigricanti-testaceum videtur; pube densa fuligineo-ferruginea tectum est et pilis longis pallidis intermixtis brevioribus nigris sat dense conspersum. *Mamillæ* subfuscae.

Ig. corp. 35; Ig. cephaloth. 15, lat. ej. 11, lat. front. circa  $8\frac{2}{3}$ ; Ig. abd. 20, lat. ej.  $13\frac{1}{2}$  millim. *Palpi* 25 $\frac{1}{2}$ ; ped. I 43 $\frac{1}{2}$ , II 37 $\frac{1}{2}$ , III 33, IV 45 $\frac{1}{2}$  millim. longi; pat.+tib. IV 15, metat. IV 9 $\frac{1}{2}$  millim. *Mandib.* 8 millim. longæ, 4 millim. latæ. *Mam. sup.* 8 $\frac{1}{2}$  millim. longæ.

Feminam supra descriptam et haud dubie adultam, aliamque contusam et mutilatam ad Tharrawaddy cepit Cel. Oates. Exempla nonnulla alia parva, pullos et juniores, generis *Phlogii* in Tenasserim collegit, quæ certo determinari non possunt, sed quæ verisimiliter hujus vel insequentis sunt speciei.—Vix idem ac *Ph. parvi* (Sim.)\* esse potest *Ph. fuliginis* noster, quum in *Ph. parvi* pars cephalica "vix convexa" dicatur, fovea centralis cephalothoracis "levissime procurva subrecta," et tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris brevior quam tibia cum patella 1<sup>i</sup> paris: quæ in nostram speciem non cadunt. Vid. tamen quæ de his aliisque formis nonnullis gen. *Phlogii*, sup. p. 8 diximus.

\*5. *Phlogius sericeus*, sp. n.

*Ferrugineo-fuscus* pene totus, pube et pilis longis mollibus ferrugineis vestitus; cephalothorace tibiâ cum patella 4<sup>i</sup> paris in mare paullo brevior, in femina paullo longior; serie oculorum antica

\* Actes Soc. Linn. Bordeaux, xl. (1886) p. 26.

desuper visa in mare recta, in femina sepiissime paullo recurva, oculis lateralibus anticis mediis anticis paullo minoribus, lateralibus posticis medios posticos, qui parum longiores quam latiores sunt et postice acuminati, longitudine superantibus; pedibus 4<sup>i</sup> paris in femina et interdum in mare pedes 1<sup>i</sup> paris longitudine superantibus; mamillis superioribus metatarsum 4<sup>i</sup> paris longitudine æquantibus; palpis maris cephalothorace non multo plus dimidio longioribus, bulbo genitali a latere viso transversim ovato, infra in procursum longum procurvum apicem versus sensim attenuatum, ipso apice oblique truncatum et acuminatum, producto.—♂ ♀ ad. Long. ♂ 17½–22½, ♀ circa 24 millim.

Mas.—Mare *Ph. cervini*, Thor., minor et paullo angustior est, præsertim vero forma alia bulbi genitalis facile dignoscendus. Cephalothorax tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris paullo est brevior, humilis, dorso partis cephalicæ, quæ parte thoracica parum altior est, pæne librato et recto, parum convexo; impressiones cephalicæ et reliqui sulci radiantes distinctissimi sunt. Fovea ordinaria centralis sulcum format sat fortem et modice procurvum; latitudo ejus (transversim) latitudine areae oculorum paullo minor est. Tuber oculorum sat humile; area eorum saltem duplo latior est quam longior, rectangula. Series oculorum antica desuper visa recta est, postica modice recurva; a fronte visa series antica modice deorsum est curvata: linea recta oculos medios infra tangens laterales anticos non parum supra centrum secat. Oculi medii antici rotundi et magni sunt, laterales antici obliqui et oblongi, subacuminati, mediis anticis paullo minores: diameter eorum longior diametro brevior vix dimidio major est et evidenter paullo minor quam diameter mediorum anticorum. Spatium inter medios anticos  $\frac{3}{4}$  diametri eorum vix superat et pæne aque magnum est ac spatium inter oculos binos laterales, paullo majus vero quam intervalla, quibus a lateralibus anticis distant oculi medii antici; quæ intervalla rursus paullo majora sunt quam spatia, quæ medios anticos a mediis posticis separant: hæc spatia dimidiam diametrum breviorum oculi medii postici vix æquant, et paullo majora sunt quam intervalla parva inter medios posticos et laterales posticos. Spatium inter oculos medios posticos paullo minus est quam longitudo seriei ab oculis mediis anticis formatae. Oculi medii postici mediis anticis fere duplo minores sunt, vix vel parum longiores quam latiores, extra modo leviter, intus fortissime rotundati, apice postico acuminato. Oculi laterales postici iis evidenter longiores sed vix latiores sunt et spatio modo minuto ab iis separati. Sternum ad formam ut in specie priore.

Mandibulæ patellas 1<sup>i</sup> paris longitudine æquant, minus robustæ. Maxillæ et labium plane ut in mare *Ph. cervini* diximus. Palpi cephalothorace non multo plus dimidio longiores sunt, extensi non usque ad medium sed modo ad  $\frac{3}{4}$  tibiæ 1<sup>i</sup> paris pertinentes. Pars patellaris fere duplo longior est quam latior, pars tibialis eâ pæne dimidio longior et paullo crassior; pars tarsalis, parum longior quam latior, basi angusta est, apice late et paullo oblique rotundata,

subter semicirculata fere et scopulata et incisura media longitudinali prædita. Bulbus genitilis ferrugineo-ruber a fronte visus breviter piriformis est, a latere visus vero transversus et subovatus; apice (subter, extra) in procursum subcompressum, reliquo bulbo multo longiorem, anteriora versus curvatum exit, qui sat gracilis est. sensim aequaliter attenuatus, apice a latere viso oblique truncatus et ita acuminatus. *Pedes* 4<sup>i</sup> paris, cephalothorace fere triplo et dimidio longiores, 1<sup>i</sup> paris pedes longitudine superant vel saltem æquant; tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris brevior est quam tibia cum patella 1<sup>i</sup> paris. Metatarsi posteriores aculeos 3 apice subter habent; præterea pedes etiam 1<sup>i</sup> paris mutici sunt. Unguiculi tarsorum saltem 4<sup>i</sup> paris uno alterove denticulo minuto præditi vel subcrenulati sunt. Scopulae etiam in pedibus anterioribus satis angustae, in tarsis 4<sup>i</sup> paris fascia setarum distinctissima geminata. *Abdomen* anguste et inverse ovatum. *Manillæ* superiores metatarsum 4<sup>i</sup> paris longitudine æquant; art. earum 2<sup>s</sup> a latere inferiore visus paullo plus duplo longior quam latior est, reliquis duobus vel saltem 1<sup>o</sup> paullo brevior, 3<sup>o</sup> paullo crassior.

*Color*.—Corpus paene totum obscure fuscum est, pube ferruginea (subter olivaceo-ferruginea) et pilis longis ferrugineis et pallidioribus (in dorso abdominis pilis brevioribus nigris mixtis) vestitum; maxillæ ferrugineo-fuscae intus rufo-ciliatæ sunt.

*Femina* his notis a mare differt. *Cephalothorax* antice paullo latior est, paullulo longior quam tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris, parte cephalica paullo altiore et ad longitudinem leviter quidem sed evidentius convexa; latitudo forcæ centralis latitudinem areae oculorum æquat. *Area oculorum* non plane rectangula mihi videtur, sed paullulo latior antice quam postice. Series oculorum antica desuper visa leviter recurva est; etiam linea margines eorum anticos tangens evidenter, etsi levissime, est recurva. A fronte visa paullo fortius quam in mare deorsum curvata est hæc series: linea recta oculos medios anticos subter tangens laterales anticos in centro secat. Præterea oculi, *maxillæ* et *labium* sunt ut in mare dixi. *Mandibula* paullo fortiores quam in eo. *Palpi*, qui cephalothorace non parum plus dimidio longiores sunt, extensi ad apicem tibiæ 1<sup>i</sup> paris pertinent. Pars patellaris paullo plus duplo longior est quam latior, pars tibialis etiam paullo longior, circa duplo et dimidio longior quam latior; pars tarsalis partem patellarem longitudine æquat; unguis ejus sat parvus est, fortiter curvatus, levis. *Pedes* 4<sup>i</sup> paris 1<sup>i</sup> paris pedes longitudine non parum superant, cephalothorace circa triplo longiores; tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris tibiam cum patella 1<sup>i</sup> paris longitudine circiter æquat; metatarsi posteriores apice inferius aculeis 4 distinctissimis sunt armati. Scopulae et unguiculi ut in mare. *Color* plane ut in eo.

♂.—Lg. corp. 22½; lg. cephaloth. 10½, lat. ej. 8, lat. front. 5½; lg. abd. 12, lat. ej. 7 millim. Palpi 16½; ped. I 33½, II 29, III 26½, IV 35½ millim. longi; pat. + tib. IV 11½, metat. IV 9 millim. Mandib. 5½ longæ, 2¼ latæ. Mam. sup. parum plus 6 millim. longæ.

♀.—Lg. corp. 24; lg. cephaloth. 11, lat. ej. 8, lat. front. 6; lg. abd. 13, lat. ej. 7 millim. Palpi 18; ped. I 29½, II 27, III 23½.

IV 33 millim.; pat. + tib. IV  $10\frac{1}{2}$ , metat. IV 7 millim. Mandib.  $6\frac{1}{2}$  millim. longæ, parum plus  $2\frac{1}{2}$  millim. latæ. Mam. sup. 7 millim. longæ.

Tres mares et feminas multas—plerasque tamen nondum adultas—ad Rangoon collectos vidi. Cum una feminarum sacculus ovorum rotundus deplanatus tenuissimus est asservatus, cujus diameter circa 20 millim. est et qui magnam vim pullorum circa 4 millim. longorum continet.—A junioribus, quas *Ph. cervini* credo, et quæ eadem magnitudine eodemque colore sunt ac feminae juniores *Ph. sericeæ*, hæ sæpissime eo distingui possunt, quod seriem oculorum anticam desuper visam levissime recurvam habent.

\*\*6. *Phlogius oculatus*, sp. n.

*Fuscus pæne totus, pube et pilis fusco- vel olivacco-ferrugineis vestitus, cephalothorace tibiâ cum patella 4<sup>i</sup> paris paullo brevior; serie oculorum antica desuper visa paullo procurva, oculis lateralibus anticis mediis anticis multo majoribus, lateralibus posticis mediis posticis, qui fere duplo longiores quam latiores sunt, vix longioribus, spatium inter oculos medios anticos et posticos spatia parva inter posticos medios et laterales vix superantibus; pedibus 4<sup>i</sup> paris pedes 1<sup>i</sup> paris longitudine superantibus; mamillis superioribus metatarsum 4<sup>i</sup> paris longitudine aquantibus.*—♀ jun. (?). *Long. circa 24½ millim.*

*Femina (jun.?).*—Præcedenti, *Ph. sericeo*, valde affinis, sed magnitudine oculorum alia ab eo non difficulter internoscenda.—*Cephalothorax* tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris paullo brevior est, humilissimus, dorso secundum totam longitudinem omnium levissime et equaliter convexo, parte cephalica parum altiore quam est pars thoracica; impressiones cephalicæ et sulci radiantes hujus partis distinctæ sunt; fovea centralis leviter procurva latitudine (transversim) latitudinem aræ oculorum pæne aquat. *Tuber oculorum* humile, a fronte visum supra inter oculos medios anticos planum; aræ oculorum saltem duplo latior quam longior est, anticæ paullulo latior quam posticæ. Series oculorum antica desuper visa paullo procurva est, postica minus fortiter quam in prioribus recurva; a fronte visa series antica modice deorsum est curvata: linea recta oculos medios anticos infra tangens laterales non parum supra centrum secat. Oculi medii antici rotundi parvi sunt dicendi, laterales antici magni: horum diameter longior diametro eorum brevior pæne duplo major est et diametro mediorum non parum, pæne dimidio, major. Oculi postici magni sunt, oblongi, medii eorum fere duplo longiores quam latiores, et lateralibus posticis paullo angustiores quidem sed potius iis longiores quam breviores: diameter eorum longior diametro mediorum antieorum non multo minor est. Spatium inter oculos medios anticos dimidiam eorum diametrum superat vel saltem aquat, et paullo majus est quam spatia, quibus hi oculi a lateralibus anticis distant, et quam spatium inter lineas laterales: hoc spatium diametro brevior oculi lateralis postici multo minus est. Intervalla, quæ oculos

medios anticos a mediis posticis separant, parva sunt, vix vel non majora quam spatia, quibus laterales postici a mediis posticis sunt sejuncti. Spatium inter oculos medios posticos longitudine seriei ab oculis mediis anticis formatæ paullo minus est. *Sternum* ut in prioribus.

*Mandibulæ* patellis 1<sup>a</sup> paris evidenter longiores. *Maxillæ* et *labium* ut in prioribus. *Palpi*, qui cephalothorace pæne duplo longiores sunt et extensi pæne ad apicem tibiæ 1<sup>a</sup> paris pertinent, ut in femina speciei prioris sunt formatæ. *Pedes* ut in ea quoque, 4<sup>i</sup> paris tamen paullo longiores; tibia cum patella 4<sup>i</sup> paris tibia cum patella 1<sup>a</sup> paris paullo brevior est. Metatarsi posteriores 4 aculeos apice inferius ostendunt. Unguiculi tarsorum posteriorum evidenter crenulati; unguicali tarsorum 1<sup>a</sup> paris denticulis paucis minutis ii quoque muniti sunt. *Abdomen* fero duplo longius quam latius. *Mamillæ* superiores æque longæ ac metatarsus 4<sup>i</sup> paris, ut in specie priore conformatæ.

*Color*.—Totum corpus, unguibus mandibularum nigris et ciliis rubris in margine interiore maxillarum exceptis, sordide vel fuligineo-fuscum est, pube subolivaceo-ferruginea pilisque ejusdem coloris vestitum. (Abdomen in nostro exemplo corrugatum est.)

♀ (*jun.?*).—Ig. corp. 24½; lg. cephaloth. 9¼. lat. ej. 7¼, lat. front. 5; lg. abd. 14½, lat. ej. 7¼ millim. Palpi 18; ped. I 27, II 25, III 24, IV 30 millim. longi; pat. + tib. IV pæne 10, metat. IV 7¼ millim. Mandib. 6 millim. longæ, 2½ millim. latæ. Mam. sup. 7¼ millim. longæ.

Singulum exemplum femineum valde vitiatum et, ut videtur, nondum adultum vidi, in Akyab captum.

## Subordo ANTIODONTES\*.

### Tribus CAVITELARIÆ†.

#### Fam. FILISTATOIDÆ.

FILISTATA, Latr., 1810.

\*\*7. *Filistata zebrata*, sp. n.

*Cephalothorace obscure fusco, late pallide testaceo-limbato et fussia media longitudinali postice acuminata hujus coloris notato, quæ, a margine clipei usque ad medium partis thoracicæ ducta, areâ oculorum abrupta est; pedibus fusco-testaceis, nigro-annulatis; abdomine in-*

\* Vid. Thor., Bihang Svenska Vet.-Akad. Handl. xx. Afl. iv. no. 4. p. 4.

† De hac Tribu vid. Thor., K. Svenska Vet.-Akad. Handl. xxiv. no. 2 (1891). pp. 8 et 9.